



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

17. An suspenso ab Officio illicitè conferatur beneficium? Et an collatio
beneficij facta suspenso per triennium in suspensione perseueranti sit
irrita? Ex part. 5. tr. 10. res. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

Tannegus *tom. 4. disp. 6. dub. 6. q. 10. num. 135*; Villalob. *tom. 1. tract. 1. 8. diff. 3. n. 5*; Filiucius *tom. 1. tract. 17. cap. 2. num. 20*; Gordons *tom. 2. lib. 7. quest. 1. 4. cap. 1. n. 17*; Megalius *in 3. part. lib. 5. c. 1. quest. 2. num. 12*; Reginaldus *tom. 2. lib. 3. tract. 2. cap. 19. num. 11*; Turrianus *lib. 4. disp. 39. dub. 2*; Hurtadus *de susp. diff. cult. 4. n. 7*; Cornejo *in 3. part. tract. 5. de susp. disp. 2. dub. 1. quest. 5*; Suarez *disp. 26. sect. 3. n. 4*; Sayrus *lib. 4. c. 5. num. 5*; Avila *part. 2. disp. 2. dub. 1. conclus. 6*; Layman *lib. 1. tract. 5. part. 3. cap. 1. num. 3*; Præpos. *in 3. part. quest. 3. de susp. dub. 2. n. 2*; limitat hanc sententiam Navarrus *cap. 27. num. 6*; nisi suspensio sit diuturna, ut tacite, vel expresse habeat vim privationis; sed Sanchez *de matrim. lib. 3. disp. 51. n. 12*; & Coninch *de Sacrament. disp. 15. dub. 2. n. 6*; cum aliis absolute docent etiam perpetuo suspensum ab officio non esse suspensum à beneficio; addunt tamen, si crimen grave sit, beneficio privandum esse, ex *cap. tuarum de purgat. can.*

3. Notandum est etiam hinc obiter primò cum Mercero *de Sacrament. in 3. part. q. 24. dub. 2*; & Fabbro, *de cens. in 4. sent. dist. 25. q. 1. disp. 6. cap. 1. num. 13*; suspensum ab officio non esse privatum fructibus beneficii.

4. Notandum secundò quòd suspensio ab officio quæ non simpliciter, sed pro parte fertur, tantum impedit ab ea parte Ecclesiastici officij, quæ per verba determinantia significatur, & ab omni superiori functione, quæ illam intrinsecè supponit; non autem ab inferiori; neque ab alia omnino diversa. Hinc sequitur primò suspensum ab Ordine tantum esse quidem suspensum ab omni usu cuiuscumque Ordinis, cum de nullo particulari Ordine possit rationabiliter intelligi, non tamen à jurisdictione, aut functione Ecclesiastica non dependente per se ab Ordine, quia sicut suspensio ab officio præcendit à beneficio, ita suspensio ab Ordine præcendit à jurisdictione, v. g. suspensus ab Ordine non est suspensus ab eligendi jure, quod competit ratione beneficii, aut dignitatis, aut status Monastici; & ita docet Mercerus *de Sacrament. in 3. part. q. 24. dub. 7*; & idè Layman *loco cit. lib. 1. tract. 5. part. 3. c. 1. n. 5*; ex multis doctoribus docet suspensum ab Ordine exercere posse omnes actus jurisdictionis, qui ordinis actuali vel ulum non requirunt, quare Episcopus suspensus ab Ordine, licet confessiones audire non possit, alteri tamen potestatem absolvendi delegare non prohibetur: quod præter Layman docet etiam Henriquez *lib. 13. c. 32. n. 4*.

RESOL. XVI.

An suspensus à beneficio sit suspensus ab officio?

Et an suspensus à beneficio, si egeat, possit fructus percipere, quatenus necessarij sunt ad se, & suos alendos, ut etiam contingit in simili effectu excommunicationis majoris?

Et an excommunicatus, vel suspensus à beneficio, si tamen præstet officium, lucratur omnes fructus?

Et an, qui suspenditur à beneficio, eo ipso ita privetur fructibus, ut ante omnem sententiam eos non faciat suos? Ex p. 5. tr. 10. Ref. 3.

§. 1. **R**espondeo negativè, quare potest, imò etiam debet officio suo satisfacere, & jurisdictionem, vel administrationem ratione officij competentem exercere, quæ est communis sententia Doctorum cum glossa in *cap. cum vintonensis de elect. Abb. in cap. cum dilectus, num. 20. de elect.* Igitur suspensus à beneficio intelligitur tantum à perceptione fructuum, ac temporali administratione beneficii, quare illi eco-

nomus constituendus est: si autem se ingerat beneficii interdicit sibi administrationi, ipso jure privatur, c. *capientes, §. ceterum, de elect. in 6*.

2. Sed difficultas est an suspensus à beneficio, si egeat, possit fructus percipere quatenus necessarij sunt ad se, & suos alendos? & respondet Mercerus *de Sacrament. in 3. part. q. 24. dub. 3*; quòd si suspensus est pro contumacia, non est subveniendum ei de fructibus beneficii, quia sua culpa perpetuò durante patitur hanc necessitatem, & minus inconveniens est, ut ex suppositione prave suæ voluntatis mendicet, quam ut ex iniquitate sua reportet commodum in vilipendium Ecclesiasticæ disciplinæ: si autem suspensus est in poenam delicti commissi, cum jam non sit in ejus potestate facere, ut poena illa tollatur; erit ei subveniendum ex fructibus, juxta arbitrium Superioris, nisi suspensio sit ipso jure contracta & occulta, tunc enim prudenti arbitrio poterit illis ali, ut etiam contingit in simili effectu excommunicationis majoris. Ita Mercerus, cui etiam adde Filiucium *tom. 1. tract. 17. c. 3. n. 5*; Gordonum *tom. 2. lib. 7. q. 13. c. 7. n. 36*; Turrianum *lib. 4. disp. 39. dub. 10. num. 2*; Cornejo *in 3. part. tr. 5. de susp. disp. 2. dub. 4. q. 1*; Suarez *disp. 27. sect. 2. n. 3*; Sayrum *lib. 4. c. 6. n. 12*; Coninch, *de Sacrament. disp. 15. dub. 2. conclus. 6*; & alios. Imò, nota Lector, Avila *part. 2. c. 6. disp. 6. dub. 1. concl. 1. & 2. part. 3. disp. 2. dub. 2. conclus. 6*; cum Petro Navarra *lib. 2. de restit. 2. n. 137*, asserunt quòd excommunicatus, vel suspensus à beneficio, si tamen præstet officium, lucratur omnes fructus, & hanc sententiam præter Doctores citatos docet etiam probabiliter Tannegus *tom. 4. disp. 6. q. 10. dub. 7. n. 137*; & Ioan. præp. *in 3. part. quest. 2. de susp. dub. 2. num. 22*; ubi sic ait: Dubitatur an qui suspenditur à beneficio, eo ipso ita privetur fructibus, ut ante omnem sententiam eos non faciat suos; affirmant varij conformiter ad id quòd dicitur de excommunicato; non est tamen improbabile quòd si fructus ei non subducuntur, possit eos recipere, & retinere juxta id, quòd in simili dictum est *quest. præcedenti, dub. 11*; & docet Sàver. *suspensio, n. 7*. Vnde aliqui suspensus per jus à beneficio potest tuta conscientia recipere fructus beneficii, etiam distributiones, si divino officio publico interfuerit. Ita ille, & ego. Vnde immeritò Hurtadus *de susp. diff. cult. 4. n. 10*; hanc sententiam falsam vocavit, licet concedat posse taliter suspensum recipere fructus correspondentes labori, quem serviendo impendit, & qui darentur substituto, quia isti non tam sunt fructus beneficii, quam stipendium laboris: poterit quoque ob eandem rationem percipere quotidianas distributiones.

RESOL. XVII.

An suspensio ab officio illicitè conferatur beneficiis?

Et an collatio beneficii facta suspensio per triennium in suspensione perseveranti, sit irrita? Ex part. 5. tract. 10. Ref. 2.

§. 1. **A**ffirmativè respondet Coninch *de Sacrament. disp. 15. dub. 2. n. 7*; ubi sic ait: Absolutè suspensio ab officio illicitè conferatur beneficiis, quia cum beneficii detur propter officium, illicitè datur ei, qui suspensus est ab officio Clericali, ac tunc, ut patet ex *cap. ult. de Cler. c. 1*; per ab officio Clericali arceatur, ut patet ex *cap. ult. de Cler. c. 1*; & per excommunicatus. Addunt multi collationem esse irritam, sed non probant. Nam ex dicto *cap. ult. de Cler. c. 1*; nec aliud probat, *cap. cum dilectus 8. quod alij pro se solent citare, solent etiam citare cap. quia diversitatem 5. de concess. prob.* Sed nihil facit ad rem præsentem. Ita Coninch & post illum Layman *lib. 1. tract. 5. part. 3. cap. 1*.

cap. 1. n. 3. & Mercerus de Sacrament in 9. part. q. 24. dub. 2.

2. Verum his non obstantibus contrariam sententiam teneo cum Acugna in *Decretum Gratiani* part. 1. disp. 71. cap. 3. num. 3. & Hurtado *diffic. 4. de suspens.* n. 8. ubi ita asserit: Addunt aliqui suspensio absolute ab officio illicita, quamvis valide conferri beneficium argumento deducto à simili cap. ult. de Cler. excommunicato: id tamen nobis non probatur, quia existimamus ei non solum validè, sed etiam licitè conferri, ut deducitur ex cap. vel non est compos 14. de tempor. ordin. Argumentum autem à simili non est efficax, præsertim in materia odiosa, qualis est præsens materia. Nihilominus in cap. bona memoria 8. de a. t. e. qualitate, & ordine præficiendorum, decernitur, collationem beneficii factam suspensio per triennium in suspensione perseveranti esse irritandam. Hæc Hurtadus. Sed circa præsentem questionem ne deseras videre Turrianum de cens. lib. 4. disp. 39. dub. 2. Vnde non est audiendum Avila part. 3. disp. 2. dub. 10. asserens dictam collationem esse nullam, ut adversus illum notat Cornejo in 3. part. tract. 5. de susp. disp. 2. dub. 1.

RESOL. XVIII.

An suspensus à beneficio validè accipiat aliud novum beneficium?

Et an qui solum suspenditur à certo beneficio, non possit prius fructibus aliorum beneficiorum, etiamque possit alia beneficia recipere? Ex part. 5. tractat. 10. Resolut. 7.

§. 1. Negativam sententiam docet Bonacina de censur. disp. 3. punct. 3. n. 8. in editione novissima. Lessius lib. 2. c. 34. dub. 22. n. 116. & Villalobos tom. 1. tract. 18. *diffic. ult. 4. n. 6.* ubi sic ait: [Quando se pone la suspension à beneficio generalmente, impide que no se adquiera beneficio de nuevo, como se colige de un texto; y tambien se puede probar por una ley, porque como el suspenso à beneficio está privado de los frutos Ecclesiasticos, está privado de recibir el beneficio que se ordena para allá, y es como principio suyo. Alílo dize una glosa, y es comun y dize Suarez, que no se impide de tal manera el adquirir el beneficio, que la eleccion fuese irrita ipso facto, sino que la ha de irritar el juez d superior, que no prueba mas el cap. si celebrat. Mas yo tengo por verdadero el contrario, que es nula ipso facto la eleccion, como se determina in Clement. 2. de vita & honest. Cleric.] Ita Villalobos.

2. Sed ego affirmativæ sententiæ adhæreo, quia Doctores citati, iura quæ conferunt, ut summum probant talem acquisitionem esse irritandam, non autem irritam, & ita Coninch de Sacrament. disp. 1. §. dubit. 2. n. 14. Gordonus tom. 1. lib. 7. q. 13. c. 7. n. 38. Cornejo in 3. part. tract. 5. de suspens. disp. 2. dub. 4. q. 2. Layman lib. 1. tract. 5. part. 3. c. 1. n. 3. Mercerus de Sacrament. in 3. part. q. 24. dub. 3. Faber de censuris in 4. sentent. diffinit. 25. *quæst. disp. 6. c. 1. n. 26.* & Præpositus in 3. part. *quæst. 3. de suspens. dubit. 2. n. 24.* ubi sic ait: Si quis solum suspendatur à certo beneficio, non potest privari fructibus aliorum beneficiorum, & potest etiam alia beneficia recipere, imò quamvis sit simpliciter suspensus à beneficio, videtur posse aliquod beneficium recipere, quantum est ex parte censuræ, quia optime potest consistere, quòd aliquis possit acquirere titulum, quamvis deberet privari fructibus inde provenientibus; ergo quamvis verum esset, quòd ita simpliciter suspensus à beneficio privaretur eo ipso fructibus omnium beneficiorum, posset nihilominus, quantum est ex parte censuræ, novum bene-

ficiu recipere. Ita ille, & idè ante iudicis sententiam talis potest percipere fructus beneficii, ur docet Tannerus tom. 4. disp. 6. *quæst. 10. dubit. n. 137.*

RESOL. XIX.

An collatio beneficii facta suspensio, vel interdicto sit valida? Ex part. 5. tract. 9. Resol. 100.

§. 1. Doctores qui affirmativam sententiam docent quoad excommunicatum toleratum etiam quoad supradictos; & ita tenet Coninch de Sacrament. disp. 14. dub. 9. num. 71. Avila p. 2. cap. 6. *disp. 5. dub. 4. post. 3. conclus.* ubi sic ait. Vltimò notata ea quæ dicta sunt de collatione, vel electione facta excommunicato, etiam habere locum si fiat suspensio, vel interdicto. Ita ille: hæc opinio est probabilior.

2. Sed contrariam etiam probabilem & tutam in praxi esse existimo, & ideo Lessius lib. 2. c. 34. dub. 22. num. 116. sic asserit: Satis est probabile etsi suspensio sive ab officio, sive à beneficio, faciat hominem indignum collatione novi beneficii, & Canones velint eum privati, & hac ratione possit dici inhabilis, non tamen ita esse inhabilem, ut collatio sit ipso iure irrita, & ita ille teneatur beneficium etiam post ablatam suspensionem, sponte dimittere: Id enim ex Canonibus non satis potest probari, solum enim ex illis colligitur Collationem esse irritandam, ipsūque esse privandum, ut patet singulos expendentis, quæ formulæ loquendi indicant requiri sententiam iudicis. Vnde in re tam dura & difficili non videntur extendendæ ad privationem latæ sententiæ, & inhabilitatem absolutam. Ita Lessius qui citat Suarez disp. 26. *sect. 3. num. 7.* & disp. 27. *sect. 5. num. 5.* & quod dixit de suspensione, idem dicit de interdicto, & respondet ad omnes Canones, qui pro affirmativa sententia facere videntur.

RESOL. XX.

An suspensus à beneficio suspendatur à Collationis iure beneficii, confirmationis, electionis, & c. sibi veniente ratione beneficii, à quo suspensus est?
Et notatur Episcopum à beneficio suspensum posse beneficia conferre. Ex p. 5. tract. 10. Ref. 8.

§. 1. Affirmativam sententiam docet Tolet. lib. 1. c. 43. Sayrus lib. 4. c. 6. n. 7. Navarr. cap. 27. num. 16. Henriquez lib. 13. c. 32. n. 4. & Ioan. Præposit. in 3. p. q. 3. de suspens. dub. 2. num. 25. quia tale jus est quidam proventus beneficii, & huiusmodi iura solent cedere iis, quibus cedunt fructus beneficii vacantis: nec obstat, quòd sint quædam officia, quia id quod est officium, potest simul esse fructus alterius, v. g. beneficii, quemadmodum aliquis actus jurisdictionis potest simul esse actus Ordinis, ut absolutio sacramentalis; unde dico hæc & huiusmodi subire & rationem officii, & rationem fructus beneficii diversa consideratione; & tam eum, qui suspenditur à beneficio, quàm eum qui suspenditur ab officio, ab his suspendi.

2. Verum ego contrariæ sententiæ tanquam probabiliori adhæreo, quam tenet Gordonus tom. 2. lib. 7. q. 14. c. 7. n. 41. & seq. Hurt. de susp. *diffic. 4. n. 9.* Cornejo in 3. part. tract. 5. de susp. disp. 2. dub. 4. q. 4. Suar. disp. 25. *sect. 2. n. 14.* & disp. 26. *sect. 4. n. 5.* Avila p. 3. disp. 2. dub. 1. *concl. 4.* Coninch de Sacrament. disp. 15. dub. 2. num. 11.

Layman